hiberet. Simul ergo peccavit qui de penitentia et dei mi-
sericordia cogitavit. Postquam enim mulier
seducta manducavit eique dedit vel simul
ederent noluit eam contristare quam cre-
debat sine suo solatio contabescere et a se a-
lienatam omnino interire. Non quidem
carnalis victus concupiscentia quam non-
dum senserat sed amicabili quadam be-
nivolentia qua plerumque fit ut offenda-
tur deus ne offendatur amicus. quod eum
facere non debuisse divine sententie iustus exitus
indicavit. Ergo alio quodammodo ipse
etiam deceptus est. Inexpertus enim divine se-
veritatis in eo falli potuit ut veniale crede-
ret commissum. Sed dolo illo serpentino
quo mulier seducta est nullo modo arbitror illum
potuisse seduci. Ex his datur intelli-
gi quod mulier plus peccavit in qua ma-
ioris tumoris presumptio fuit. Que etiam in
se et in proximum et in deum peccavit. Vir
autem tantum in se et in deum. Inde etiam colligitur
quod mulier plus peccavit quia gravius pu-
nita est cui dictum fuit In dolore paries fi-
lios. [illegible]
Sed his videtur contrarium. quod ait Au-
gustinus super genesim [illegible] mulierem penam suam et
causam [illegible] Mulier quam
dedisti michi dedit michi et comedi. Non dicit
[illegible]

vam. Non ergo putavit adam verum presumens
ut diabolus de divinitate sapere voluit
nisi divinitatem et paradisi felicitatem.
Item super illum locum. Deus quis
similis erit tibi. Qui perverse vult esse ut deus
perverse vult esse similis deo. ut diabolus qui
noluit sub eo esse et homo qui ut servus no-
luit tenere preceptum. sed voluit ut nullo sibi
dominante esset quasi deus. Item super
illum locum. Non rapinam arbitratus est
se esse equalem deo. quia non usurpavit quod
suum non erat ut diabolus et primus homo.
Quorumdam sententia. quod adam ambierit esse
ut deus. sed non crediderit esse possibile.
Ideo quibusdam videtur quod etiam adam
ambierit esse sicut deus. Sed non credidit id
fieri posse [illegible] quod diabolus promit-
tebat. cognovit et licet divinitatis equa-
litatem concupierit non est ad [illegible] gravitatem nec
tamen est abstinens ambitione sicut mulier
quia illud fieri posse putavit et ideo magis il-
lud ambivit. Superbivit vitium ambitionis
aliqua forte ambitionis subiectio mo-
vit. Sed non tanta ut illud putaret verum et
possibile fore. Aut autem videtur ideo
[illegible] adam voluisse quia mu-
lier [illegible] illum voluit sicut
[illegible]

sicut deus.

Si quo a
deceptus
in quo non

Quod pena
maior
peccato
dat mulieri

Aliquid
[illegible]
[illegible]